

# COLLOQVIVM ERASMICVM

DIE 26 MENSIS NOVEMBRIS MMXI

INSTITVET ACADEMIA LATINITATI FOVENDAE

IN VRBE ROMA

APVD INSTITVTVM HISTORICVM AVSTRIACVM  
(Viale Bruno Buozzi, 111-113, 00197 Roma)



Quingentos abhinc annos Erasmi Roterodami liber ille cui est titulus *Moriae encomium* typis primum est excusus. Cuius ad rei memoriam condigne recolendam Academia Latinitati Fovendae de tanti viri operibus et fortuna colloquium curabit instituendum, quod moderabuntur K. Smolak, Academiae praeses, et D. Sacré, eiusdem Academiae alter a praeside.

Acroases autem Latinas facient

hora 9:30: **L. Miraglia** (Accademia Vivarium Novum, Roma), *De Erasmi consiliis et viis quibus pueri ad humanitatem informantur*

hora 10:05: **A. Fritsch** (Freie Universität Berlin), *Quid senserit J.A. Comenius de Erasmo Roterodamo*

hora 10:40: **M. Minkova** (University of Kentucky, Lexington), *De rationibus scripta Erasmica in scholis proponendi*

[Pausa]

hora 11:30: **T. Tunberg** (University of Kentucky, Lexington), *Quaenam Erasmus ille Roterodamus de litterarum Latinarum recentissimarum patrimonio senserit*

hora 12:05: **G. Licoppe & F. Deraedt** (Fundatio Melissa, Bruxelles), « *Ego mundi civis esse cupio* » - *De Erasmi mundo*

hora 12:40: **K. Smolak** (Universität Wien), *De Erasmo Prudentii lectore et interprete*

hora 13:15: **D. Sacré** (Katholieke Universiteit Leuven), *Erasmus versificatus sive De morum puerilium civilitate libellus a Francisco Haemo elegiaco redditus carmine*

Qui de colloquio plura scira velint epistolium vel ad K. Smolak ([Kurt.Smolak@univie.ac.at](mailto:Kurt.Smolak@univie.ac.at)) vel ad D. Sacré ([Dirk.Sacre@arts.kuleuven.be](mailto:Dirk.Sacre@arts.kuleuven.be)) mittant.

Quicumque his acroasibus interesse cupient, grati atque exoptati aderunt auditores.